



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 1. Vtrum priùs naturâ assumpta sit anima, & cprpus, quam ipsa  
humanitas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

redicat domum; ut recte Caietan. art. 5. vbi fundamentum, quod est ultimum in intentione, est primum unde incipit executio: atque caro est veluti fundamentum humanæ structuræ: ergo &c. tiam à Verbo, quam totum. Accedens Probatur, Quia anima prius naturā creatur, quam vniatur corpori: ergo etiam prius naturā subsistit, quam corpori vniatur. Patet Consequentia; quia crea-

## ARTICVLVS IV.

*Vtrum Caro Christi fuerit prius  
assumpta, quam animata?*

**C**aro si-  
mul af-  
sumpta &  
animata. **R**espondetur, Non prius, sed omnino simul  
tempore caro Christi fuit à Verbo assum-  
pta, & anima rationali viuisificata. Est fide tenen-  
dum, & habetur in VI. Synodo action. 6. **S**imul,  
inquit, caro, simul Dei Verbi caro ; simul caro animata  
rationalis. Et Fulgentius lib. de fide ad Petrum  
cap. 18. Firmissime tene, & nullatenus dubites, non  
earnam Christi sine diuinitate conceptam in utero Vir-  
ginis prius quam suscepserat à Verbo ; sed ipsum Ver-  
bum Deum sua carnis acceptione conceptum, ipsamque  
carnem Verbi Incarnatione conceptam. Idem docet  
Ambros. lib. de Dominica Incarn. Sacramento  
cap. 7. Et Damascenus lib. 3. de fide cap. 2. Et ra-  
tio est, quia caro non fuit assumpta nisi propter  
animam : ergo non debuit assumi prius tempore  
quam animaretur. Vtrum autem prius naturâ  
fuerit assumpta quam animata, colligi potest ex  
dictis art. 3. & magis patebit ex dicendis art. 5.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum tota humana natura sit as-  
sumpta medianib[us] partibus?*

**R**espondeatur duabus Conclusionibus. Prior est: Ordine intentionis Verbum assumpit partes mediante totâ humanitate. Ratio est, quia unio Verbi cum humanitate, erat finis & ratio unionis ipsius cum partibus. Altera Conclusio: Ordine executionis Verbum assumpit naturam mediantibus partibus.

DV BIVM I.

*Vtrum prius naturā assumpta sit Anima & Corpus, quam ipsa humanitas?*

**O** Missis opinionibus, quæ ferè tantum in modo loquendi dissident : Dico Primo, Ordine intentionis priùs naturā assumpta est tota humanitas, quā anima vel corpus. Est communis Doctorum dict. 2. Et Damasceni lib. 3. de fide cap. 16. Ratio est, quia Christus non assumpit animam & corpus, nisi ut esset perfectus & integer homo : ergo priùs intendit assumere humilitatem. Confirmatur, quia partes cùm sint imperfectæ, non intenduntur, nisi propter totum. Vide Scotum dict. 2. quæst. 2.

Dico Secundò, Ordine executionis & existentia, priùs naturà assumpta sunt partes, scilicet anima & corpus, quàm totum. Probatur Primo, Quia operatio agentis incipit à partibus, & terminatur in toto: ergo ordine executionis priùs assumpta sunt partes. Quod potest confirmari exemplo domus edificande. Probatur Secundò, Quia anima priùs naturà subsistit, quàm totum compostum: ergo priùs naturà accepit subsisten-

tiam à Verbo, quām totum. Accedens Probatur, Quia anima prius naturā creatur, quām vniatur corpori : ergo etiam prius naturā subsistit, quām corpori vniatur. Patet Consequētia, quia creari, est subsistentium, vt docet D. Thomas in 1. parte quāst. 75. art. 2. & quāst. 76. art. 1. Et Confirmatur, quia creatio ex natura sua terminatur ad aliquid subsistēs & independens ab alio, nisi aliunde impeditatur : ergo prius naturā anima habet subsistentiam, quām vniōnem cum corpore : nam subsistentiam habet praeisē ex vi creationis; vniōnem autem cū corpore, ex naturali quadam actione distincta à creatione. Simili modo possumus argumentari de corpore; quia corpus prius naturā subsistit quām totum: ergo eius subsistentia prius naturā suppletur à Verbo, quām subsistentia totius. Antecedens patet, tum quia materia habet suam subsistentiam, cum nulli rei innitatuit, quin imò sit omnium fundamentū. Deinde, quia corpus humanum prius naturā est perfectè dispositum, quām anima vniatur : ergo etiam prius naturā subsistens, quām totum. Probatur Tertiō, Quia in triduo mortis Verbum manit vnitum anima & corpori, solutā vniōne cū humana natura : ergo prius naturā illis vniēbatur quām toti. Nam quod est primum in executione, est ultimum in dissolutione. Probatur Quartō, Illud est prius naturā ex quo penderesse alterius, non contrā: atqui ex vniōne Verbi cum anima & corpore, penderet vno eiusdem Verbi cum humanitate, non contrā: nam hæc ex illa resultat: ergo est prior, si ordinē essendi spectemus.

DVBIVM II.

*Vtrum Anima & Corpus prius sint assumpta  
a Verbo, quam unita inter se?*

**R**espondeo & Dico Primò, Vnio animæ 10  
cum corpore, est prior intentione, quam Vnio horum  
extremorum eruditio-  
ne inten-  
sionis.  
vnio eiusdem animæ vel corporis cum Verbo. Se-  
quitur ex dictis. Et ratio est, quia vnio animæ  
cum corpore fuit quodammodo finis vniuersitatis eius-  
dem animæ & corporis cum Verbo. Verbum  
enim vnitum est animæ & corpori, vt hac inter  
se vnirentur; & mediante vniione sui fieret vt  
Verbum vniretur humanitati ex eorum vniione  
resultanti.  
**Dico Secundò, Ordine executionis & existen-**  
**tia prius naturæ animæ & corpus sunt vnta Ver-**Ordino  
executio-

tia prius natura anima & corpus sum vnta ve-  
bo, quām inter se. Patet hoc ex rationibus allatis  
dub.i. quā hoc ipsum probant. Confirmatur ex  
signo: nam vno animæ & corporis dissoluta fuit  
saluā permanente vniōne illorum cum Verbo:  
ergo illorum vniōne cum Verbo, non pendebat ab  
vniōne illorum inter se.

Dices; Etiam illorum vno inter se , non pen- 1. *Obiecitio.*  
debat ab vnione illorum cum Verbo : ergo haec  
non erat prior. Patet Consequentia , quia priori-  
tas natura , est prioritas causæ respectu effectus  
dependentis: ergo si vno cù Verbo non est causa  
à qua dependet vno illorum inter se , non erit  
prior. Respondeo , vt vno illorum inter se con-  
uenienti modo fiat , sic pendet ab illorum subsi-  
stentia ; nam ita debent vniiri , vt sui vnione con-  
stituant compositum substantens : vnde ipsa priùs  
naturâ debet habere substantiam suam vel aliena-  
nam , alioquin non erunt conuenienter constituta